



~~17~~
EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

V-1

SIGNAT. MDCCCXXIII.

PIIS MANIBVS
 NOBILISSIMAE ET ORNATISSIMAE
 MATRONAE
CHRISTIANAE
ELISABETHAE
NEVMANNAE

HOC SACRVM VOLVERVNT

M. G. L.
 ET
 A. L.

WITEMBERGAE, Prclo. CHRISTIANI GERDESIL



NOBILISSIMAE ORNATISSIMAE
MATRONAE

CHRISTIANAE
ELISABETHAE
NEVMANNAE

HOC SACRVM VOLERVNT

M. G. J.

ANNO 1714

VI KALENDAS FEBRUARIAS

ACCIDENTI

INDE

PANDIT

NEC

FRIBUS

NEC

24





Riftibus heu mixtas inter residete cupres-
fos
Myrrhis, o solirae precibus parere sorores
Vsque meis, viridemque, Euro motante,
labantem

Flete cedrum, sacri surreptaque gaudia luci.
Heu mihi. Sic longis sparsis per inane querelis
Concidit Aglaie, Charitum quae prima Dearum
Agmen agit, choreisque omnes superatque canendo.
Concidit, atque suis exutos ignibus artus
Terra fovet, fufamque genis pia combibit undam.
Adfliterant primum dubio fermone sorores
Attonitae, bellum fraudesque perosa Thalia,
Euphrosyneque iocis inter blandissima Nymphas.
Vt tamen innixam faxis herbisque iacentem
Aglaien cernunt, similes pallentis olivae
Accelerant, manibusque levant, recreantque roletis.
Inde Thalia iubet placidis doctissima verbis,
Pandere communes luctus, quis barbarus antra
Sacrilega violet sua non temeraria dextra.
Flet tamen, et mediis inter fufpiria verbis
Sic ait illa, suas manibus complexa sorores.
Nonne Deos atque astra vocem crudelia, nostros
Pascere quae soleant sic invidiosa dolores.
Frigida non nostros submergunt flumina campos,
Nec Phaetontaeis conflaquant ignibus antra.

Sed

Sed novus, interitum nobis impendere, casus
 Admonet, ereptae properata morte Propinqvae.
 Occidit illa chorum dignissima ducere nostrum
 Gratia, qvae pulchros ornabat candida vultus
 Moribus, et castam vincebat laude Minervam.
 Occidit illa meae gratissima portio mentis,
 Et decus omne suis. Postquam te fata tulerunt,
 Cara soror, viduas nunc silvas orba relinqvam.
 Dixerat, et largo stillabant lumina rore.
 At reliqvae misero percussae pectora planctu
 Lugent, impositum cum molli cespite corpus
 Advehitur, roseo sublimeqve surgit acervo.
 Ipsa iacet, nec victa malis, sed morte decora
 Ora gerit, veluti si inducta Cinthius umbra
 Per tamen & tenebras aurata fronte renidet.
 Exanimem fidae matres, Nymphaeque sequuntur,
 Lecta manus, luctuque pio formosior ipso.
 Dicitur aequali quondam pharetrata Diana
 Agmine frondosos cinxisse indagine saltus.
 Sternit humum pars fronde, novis pars floribus ornat
 Divam, pallentes et gaudet tangere vultus.
 Tum Charites propius visis accedere pompis
 Audent, et foeda pullatae veste vicissim
 Serta ligant, timidisque ferunt huic oscula labris.
 Sicque pios manes suprema voce salutant.
 Dignior o istis sanctissime spiritus oris,
 Invideat nobis quamvis tua celsus Olympus
 Corpora, non animus tamen avelletur, et ante
 Incita Phoebeam diffingent fulmina laurum,
 Quam tua non hominum moveat praecordia virtus.



Ung.

VI 1

= [Occasionalia Vol. 2.
= Fumeralia K.-R.]

X.285598A

W 17
W 18



PIIS MANIBVS
 NOBILISSIMAE ET ORNATISSIMAE
 MATRONAE
 CHRISTIANAE
 ELISABETHAE
 NEVMANNAE

HOC SACRVM VOLVERVNT

M. G. L.
 ET
 A. L.

WITEMBERGAE, Prelo. CHRISTIANI GERDESIL

